est non dubitans visionem ꝓter se
factam. vtpote bene sue tentationi
congruentem. .xl.

Abbas quidam nigri ordinis sic
retulit mihi. Quidam abbas de or
dine nostro venit ad abbatem quē
dam clarevallis dicens illi. Bñe ab
ba date mihi falcē 7 ego dabo cur
uū vobis baculum. Ille quid facere
vellet statim intelligens viruz susce
pit. habitum mutauit. 7 quia homi
nem prudentem eundez esse conside
rauit. non multo post domui cuidā
ordinis nostri abbatem eum prefe
cit. Eodem tpe illius fratres ꝑ qui
busdam possessionibus cuz quibus
dam ꝑsonis secularib⁹ contenderūt
ventilata est causa corā iudicibus.
7 data est sententia pro abbate et
fratribus. Postea cellerarius abba
ti secrete dicebat. domine bene ho
die placitauimus. scitis tñ cām no
stram nō ex omni parte fuisse iustā
Audito hoc verbo abbas satis tur
batus est. tacuit tñ. Sequēti die ca
pitulum intrauit. cellarariū procla
mauit 7 deposuit eo q̄ auartcie sue
consulens suppressisset veritatez. Et
misso pro aduersarijs nuncio ait il
lis. Boni homines bona vestra ve
stra sint. ego a die hodierna non re
petam illa. qui cum gaudio recedē
tes ita in abbatis simplicitate 7 iu
stitia edificati sunt vt ꝓpūcti ocius
redirent 7 bona pro quibus diu cō
tenderāt grato animo monasterio
libere conferrent. que cum non con
sentiret abbas recipere respōderūt
Domine quicquid nostri iuris fuit
in his bonis remittim⁹. qō ad nos
pertinebat deo in elemosynam con
ferimus. Tunc primū abbas adqui
euit sua recipere magis claustruz su
um edificās sua simplici iusticia q̄
cellerari⁹ sua astuta auaricia. xli.

Apud monasteriuz sancti erisan
tij scholasticus quidam fuit vir ma
gne prudentie atqz scientie natione
gallicus nomine vlricus. Cui cum
redditus scholastrie non sufficerent
necesse erat vt debitis obligaretur.
Quidam autem ex fratribus stein
ueldēsis monasterij ordinis p̄mon

stratensis.eo q̄ viruz magne littera
ture illum conspiceret.frequent̄ mo
nuit vt ad domum suam gratia cō
uersionis se transferret. Tādē ille di
uinitus inspiratus in hec verba re
spondit. Pecuniam aliq̄ntulam de
beo soluite illam ⁊ veniam ad vos.
Qd̄ cum intellexissz prepositus pre
dicti monasterij pecuniam libentis
sime soluit.⁊ scholasticus statim ha
bitum suscepit.qui non multo post
eiusdez cenobij factus est preposit⁹
Nondū em̄ in ordine p̄monstraten
si erant abbates. Sciens ille cuz of
ficio animas se regendas suscepisse.
non pecora vel possessiones. operā
dabat extirpandis vitijs .non pecu
nijs congregandis .sciens auariciā
radicem esse omniū malorū ⁊ vicio
rum. Habebat aūt vnum ꝯuersū in
administratione exteriorum ita scio
lum.⁊ circunspectum.ita solicituz ⁊
pfectum.vt omnia per manus eius
transirent.⁊ curtib⁹ ecc̄ie que neces
saria erant taz in aratris q̄ in peco
ribus siue expensis ip̄e quasi solus
vniuersa prouideret. om̄ia ip̄e erat
disponens .nihil negligens agrum
agro eopulans .⁊ vineam vinee cō
iungens. Prepositus ista cōsiderās
⁊ in scriptis legens nihil auaro esse
scelestius. Die quadam conuersū ad
se vocans ait. Nosti barbate quare
venerim ad ordinem. quia non bn̄
exprimere potuit teutonicum ideo
ma habere non potuit verba orna
ta. Et ideo quicquid loquebatur
conuersus videbatur esse conuersū
atz distortum. Respondit cōuersus
Non noui domine. Tunc ille. Ego
dicam tibi.ad hoc eniz veni vt pec
cata mea in hoc loco defleā. Qua
re ergo tu venisti? Respondente eo.
Dn̄e simili de causa.ait prepositus.
Si venisti pcc̄a deflere formam de
bueras penitentis teuere.hoc est vt
frequēter sis in oratorio.vt vigiles
vt ieiunes.deū q̄ pro pcc̄is tuis iu
giter exores . Non ei penitentis est
quod tu facis.vicinos exheredare,
⁊ densum lutuz contra se congrega
re. Ad hec conuersus respondit.do
mine bona illa que comparo agris
vel vineis ecclesie nostre continuan
tur.et prepositus.bene. Cum illa fu
rint empta nc̄e est vt etiā emas illa
que emptis coniungūtur. Nosti q̄d
dicat Isaias? Ve inqui t qui iungi
tis domum ad domuz ⁊ agrū agro
copulatis. Nunquid habitabitis
vos soli ī medio terre. Tu vero aua
ricie tue nullum terminū ponis.cuz
omnia que in hac prouincia sunt a
te fuerint ꝯparata flumen rehni per
transibis pede. Deinde procedes vs
q̄ ad montana.nec sic quiesces do
nec peruenias ad mare. Puto quia
ibi gradum sistes eo q̄ pelagus sit
latum ⁊ spaciosuz gressus aūt tuus
strictus. Mane ergo in claustro tuo
frequenta oratorium vt die noctu
q̄ possis peccata tua deplāgere.ex
pecta paulisper ⁊ habebis satis ter
re subtus te ⁊ supra te ⁊ intra te .q̄
puluis es ⁊ in puluerem reuerteris
Hec audientes quidam ex fratrib⁹
senioribus dixerunt. Domine si con
uersus iste fuerit amotus dom⁹ no
stra subsistere non poterit. Ad qd̄ il
le respondit. Melius est vt domus
pereat q̄ anima .⁊ nō adquieuit pe
titioni eorum. Tp̄e illo quo reinol
dus factus est archiep̄s ⁊ essent ep̄i
redditus obligati curtes q̄ desola
te.suasum est ei vt ex diuersis domi
bus ordinis cisterciensis diocesis

sue conuersos fideles atz prouidos accōmodaret qui ⁊ curtib⁹ preessēt ⁊ annuos redditus sua industria reformarent. Qui cū consilio tali adquieuisset ⁊ taz ex campo q̄ ex monte domibus religiosis conuersos aliquos collegisset suasum est ei vt etiam predictū ꝯuersum assumeret. ꝑ quo cum honestum misissz nūcium ⁊ ille ex parte ep̄i salutasset prepositum adiecit. Domin⁹ meus modicā petitionē petit a vobis quā ei negare non debetis. Cui cum preposit⁹ respondisset. Nō est domini mei rogare me. sed precipere. Subiunxit ille. Petit obnixe vt talem ꝯuersum ad tales vsus ei accōmodetis. Ad quod verbum prepositus satis humiliter constanter ac māsuete respōdit. Habeo ducentas oues in tali grangia. in alijs vero tot ⁊ tot. sic ⁊ boues ⁊ equos dominus meus tollat ex illis q̄ntum voluerit. ꝯuersuz vero anime mee ꝯmissū ad tales vs⁹ non habebit. Ego aūt non de ouibus ⁊ bob⁹. sed de ꝯmissis mihi aīabus sūmo pastori in die iudicij rōnem redditurus suz. Et non concessit ei. Reliquit ⁊ aliud sue liberalitatis iudicium contra auariciā religiosorū vtile satis exempluz. Die q̄dam anteq̄ amotus essz p̄fato modo supradictus ꝯuersus ab administratione sua preposit⁹ ad vnā grangiarum suarum venit. in qua pullū equinū pulcrum satis vidit. de quo iā dictum fratrem cuius essz vel vñ veniret interrogauit. Cui cum conuersus responderet talis homo bonus ⁊ fidelis amicus noster moriēs eum nobis legauit. Ait prepositus. Utrum ex deuotione vel ex aliquo iure legauit eum? Respōdit conuersus. Ex decessu illius emersit Nam vxor ei⁹ eo q̄ essz de familia nostra iure curmedie illum obtulit. Tunc ille mouens caput respondit pium verbum. quia bonus homo ⁊ amicus noster fidelis erat. idcirco vxorem ei⁹ spoliasti? Redde ergo femine destitute equum quia rapina est aliena rapere vel retinere. tuus em̄ antea non fuit. .xlij.

Quia idem prepositus steynueldensis vir prudens erat pro negotiis monasterij egrediens secum iuuenes minus libenter ducebat. Nouerat enim hoc eis non expedire propter tentationes diabolicas. Die quadam cum vnum ex adolescentibus secum adduxisset et simul equitantes nescio quid vel vnde conferrent obuiam habuerunt iuuenculā formosam. Quam cum ex industria equum suum retrahendo preposit⁹ salutasset officiosissime stetit illa. et inclinato capite resalutauit eum. Cum paululum recessissent volens prepositus tentare iuuenem ait. puella ista videbatur mihi multum formosa fuisse. Cui cuz ille diceret. Credite mihi domine ⁊ hoc ipsum visum est mihi. Respondit autem prepositus. Unum tantum deformat eam scilicet q̄ monocula est. Respondit iuuenis. Vere domine vtrunqz oculum habet. ego enim satis diligenter consideraui eam. Tūc motus prepositus ait. Et ego bene considerabo dorsum tuum. Tante debueras esse simplicitatis vt vtruz esset mas vel femina scire non posses. Reuersus vero ad monasterium dixit senioribus. Vos domini

qñq̃ arguitis me ꝙ mecum nõ edu
cam iuniores. Et exponens eis cãz
p̃dictum iuuenem durius arguit at
q̃ castigauit. tante erat litterature
vt tp̃e quodam ꝓ negotio ordinis
sui cisterciũ pergens in capitulo ge
nerali faceret sermonem. .xliij.

Abbas quidam vt puto de ordi
ne nigro sicut ex relatione cuiusdaz
abbatis ordinis nr̃i didici hospita
lis erat valdez circa pauperes mul
tum misericors. ⁊ quia in operibus
misericordie feruẽs fuit tales dispẽ
satores domui ue ordinare studuit
qui non eius feruorem impedirent
sed magis incenderent. quanto plu
res hospites suscepit. quanto plus
charitatis pauperibus exhibuit. tã
to illi ⁊ domui eius dñs ampli⁹ be
nedixit. Post cuius mortẽ successor
eius stimulat⁹ auaritia pietatis of
ficialibus amotis ⁊ eis quos tenaci
ores nouerat institutis ait Predeces
sor meus nimis erat dapsilis ⁊ ĩdis
cretus. eius officiales nimis prodi
gi. sic ordinare debemus expensas
monasterij atq̃ temperare. vt si for
te seges nostra grandinata fuerit. ⁊
tp̃a cara emerserint habeamus vñ
pauperibus subueniamus. Huius
modi verbis auariciam suã palliãs
hospitalitatẽ ꝓrsus exclusit. ⁊ cõsue
ta beneficia pauperibus subtraxit.
charitate subtracta ꝓficere non po
tuit monasterij substãtia imo ĩ bre
ui ad tantã deuenerunt paupertatẽ
vt vix haberent qđ fratres mandu
carent. Die quadam vir quidã vene
rande caniciei venit ad portarium
quesiuit hospitium. Quem ille q̃dez
clãculo ⁊ cũ timore collegit. atz hos
pitalitatis officia pro posse ⁊ tp̃e il
li exhibens adiecit Non te scandali
sare debz bone vir ꝙ tam negligen
ter te procuro quia nc̃itas in causa
est. Aliqñ vidi talẽ statũ hui⁹ mona
sterij vt si venissz ep̃s cũ magna ca
ritate ⁊ abũdantia fuissz susceptus.
et ille. Duo fratres expulsi sr̃ de isto
monasterio nisi illi fuerint reuersi
nũq̃ bonus erit stat⁹ ei⁹. Un⁹ eoꝝ
vocatur. date. ⁊ dabitur vobis. vo
catur alter. sic q̃ ab oculis eius re
cessit. Portarius aũt cuz essz cleric⁹
nomina eadẽ retinuit. abbati ⁊ fra
tribus audita recitauit. Resũpta ẽ
hospitalitas ⁊ cepit mox dominus
eis benedicere vt prius. .xliiij.

Quidam paterfamilias seruum
habebat fidelem ⁊ vtilem omnium
rerum suarum dispensatorem. Con
tigit autem vt die quadam sermo
esset de inobedientia ade inter eos
đ esu pomi contra preceptuz domi
ni ⁊ seruus indignando illius incõ
stantie diceret. vt taceam de deo si
mihi taz districte aliquod a vobis
preciperetur. nunq̃ transgressor ef
ficerer. Tacuit tũc dominus. ⁊ post
dies aliquot cum ille minus sibi ca
ueret. nec sermonem contra adam
prolatum in memoria haberet pixi
dem ei clausam sed non firmatam
porrexit atq̃ tradidit dicens. Pixi
dem istam ego custodie tue commẽ
do ꝙ si aperueris illam totius la
boris tui mercede priuaberis. et eti
am gratia mea semper et perpetuo
carebis. Hoc cum crebrius ei incul
casset. ⁊ ille in conclaui suo se rece
pisset. statim multis ac diuersis co
gitationibus cepit fluctuare. varijs
q̃ tentationibus estuare. quid esset
in pixide scire desiderans. Et sepi
us illam vertens atq̃ circunspiciẽs
ait intra se. Quid si aperuero illaz?

solus sum nemo videt .interrogat⁹ negabo.non est testis qui me cōuincere possit. Uict⁹ tandem tentatiōe pixidem aperuit.⁊ auicula que int⁹ erat clausa euolauit. Tunc tristis effectus valde mysterium intellexit.⁊ ad dñi pedes pixidem requirentis se prosternens veniam postulauit.sꝫ non inuenit. Ad quez domin⁹. Serue neq̄ ⁊ contumax tu primū patrē nostrum de inobedientia iudicans tuāq̄ ꝯstantiā apud me ꝯmendans teip̄m ꝯdemnasti Recede ergo a me faciem meaꝫ de cetero non videbis.

Hēric⁹ de wida miles fuit .xlv diues valde.habebat autem vxorē nobilem ac dilectam .Die quadam cum sermo inter eos haberetur de culpa eue cepit illa vt mos est muli eribus eidem maledicere ⁊ de incōstātia iudicare animi eo ꝙ pro modico pomo gule sue satisfaciens tātis penis ac miserijs om̄e genus humanum subdidissꝫ. Cui maritus respondit. Noli illam iudicare.tu forte in tali tentatione fecisses simile. ego volo tibi aliquid precipere qđ minus est.⁊ propter amorem meuꝫ minime poteris custodire illud Respondente illa qđ est mandatū?sub iunxit miles. Ut die illa qua balneata fueris paludem curie nostre nudis pedibus non ingrediaris. alijs dieb⁹ si libet intres. Erat em̄ aqua putens ⁊ fumosa ex totius curie sordibus collecta. Illa subridente ⁊ p̄cepti transgressionem abhorrescēte subiūxit henric⁹. Volo vt penaꝫ addamus.si tu obediens fueris q̄draginta marcas a me recipias .sinautem totidem mihi soluas. Et bene placuit ei. Ille vero ip̄a ignorante secretos custodes paludi adhibuit. Mira res .Ab illa hora matrona tā honesta ⁊ verecunda nūq̄ per curiā transire poterat nisi ad p̄dictam paludem respiceret.et quotiens balneabatur. totiēs de eadem palude tentabatur. Die quadam exiens de balneo dixit pedisseque sue. Nisi ingressa fuero paludem illam moriar Statim q̄ succingēs se cū circūspexisset ⁊ neminem videre putaret.comitante ancilla aquam illam fetidā vsq̄ ad genu intrauit.⁊ huc illuc q̄ deambulando bene concupiscentie sue satisfecit .Quod statim nūciatū est marito eius. Ille gaudens mox eam vidit ⁊ ait. Quid est domina. fuistis ne hodie bene balneata? Respondente illa fui. Adiecit.in doleo vel palude. Ad quod verbum confusa tacuit.sciens eum suum excessū non latere .Tunc ille vbi est domina mea constantia vestra .obedientia vestra.iactantia vestra. Eua vilius tentata fuistis. tepidius restitistis.turpi⁹ cecidistis . Reddite ergo quod debetis. Et cuꝫ non haberet illa quod solueret omnia vestimenta eius preciosa tulit ⁊ per diuersas personas distribuit sinens eam per aliquod temp⁹ bñ torqueri .xlvi.

Miles quidam sicut audiui a q̄dam viro religioso multa scelera cōmiserat.tandem ductus penitentia venit ad sacerdotem de commissis facta confessione penitentiam suscepit.sed suceptam seruare non potuit .Cunq̄ em̄ hoc sepius actitasset die quadam dixit illi sacerdos. Nihil sic proficimus. dic ergo mihi. Est ne aliquod quod pro peccatis tuis possis custodire. Respondit autem ille. Est pomus in possessione mea tali.cuius fructus tam ama-

rus ⁊ pessimus est vt nunq̄ ex eo comedere possum. Si videtur vobis bonum penitentia mea sit. vt q̄ adu q̄ viuam de eisdem pomis nō gustem. Sciens sacerdos maxime post prohibitionez excitante carne atq̄ diabolo consurgere tentationē respondit. Pro omnibus peccatis tuis tibi iniungo. vt nūq̄ de fructu eiusdem arboris scienter comedas. Abijt miles penitentiam iniunctam quasi pro nihilo reputans. sic sita erat ip̄a arbor vt quotiens curiam suam exiret vel intraret. eādez arborem respicere posset. Respiciendo semper prohibitiōis recordabatur. ⁊ recordando mox grauissime tentabatur. Die quadam ante arborem eandem transiens ⁊ poma in eo considerans ab eo qui primum hominem per lignum prohibitum tentauit ⁊ prostrauit tam valide tentatus est vt ad arborez quidē veniret ⁊ ad pomum nunc manum extendēdo. nunc extensaz retrahendo totū pene diem contrarijs nisibus continuaret. Tandem adiuuante gratia triumphans in tantum concupiscētie restitit. vt corde coangusto sub arbore iacēs spūm exalaret .xlvij.

Sancte recordationis dn̄s henricus albanensis episcopus ⁊ cardinalis anno .M.c.lxxxviij. missus a clemente papa temporibus frederici imperatoris predicare crucem in almania contra sarracenos quosdā sibi terre nostre mōachos ordinis cisterciensis assumpsit. Die quadaz cum simul equitarent ⁊ ipse diceret in generali. quis vestrum dicit nobis aliquid boni. Respondit vnus. Ille demonstrato quodam conuerso monacho laico. cuius nomen excidit. Et preceptum est ei statim a cardinale vt verbum proponeret exhortationis. Ille primum se excusans dicens laicum non debere litteratis aliquid loqui. tandem sic exorsus est. Quando mortui fuerim⁹ ⁊ deducti ad paradisum occurret nobis sanctus pater noster benedict⁹. visis nobis mōachis cucullatis cuz gaudio introducet. Uiso vero henrico episcopo ⁊ cardinali mirabit̄ inflatum eū ⁊ dicet. Quis em̄ es tu? Et ille. Pater ego sum monachus cisterciēsis. Respondit sanctus Nequaq̄. monach⁹ corniculatus non est. Tunc henrico satis pro se allegāte. tandē huiusmodi data sententia dicet ostiarijs sanctus benedictus. Ponite eum supinuz ⁊ stomachum eius scindentes aperite. Si inueneritis olera incondita. fabam. pisam. lentem pultes. cibos q̄ regulares cum monachis intromittatur. Sin autem. sed pisces grossos ⁊ cibos seculares atq̄ delicatos foris maneat. Deinde conuersus ad cardinalē subiecit. Quid illa hora dictur⁹ es pauper henrice. Ad quod verbuz cardinalis subridens sermonem cōmendauit

.xlviij.

Retulit mihi bone memorie monachus noster godescalc⁹ de volmēstein quod silere non debeo. Cum die quadam rogaret philippū quēdam nigromanticuz vt aliqua sibi recitaret de arte sua mirabilia. Respondit ille Dicam vobis rem satis mirabilem temporibus meis apud toletum veraciter gestam. Cuz plures ex diuersis regionib⁹ scholares ī eadē ciuitate studerēt ī arte nigromātie. iuuenes aliq̄ de sueuia atz ba

uaria stupenda quedam ⁊ incredibi
lia a magistro suo audientes ⁊ vtrū
nam vera essent probare volentes
dixerunt illi. Magister volumus vt
ea que nos doces oculotenus osten
das quatenus aliquez ex studio no
stro fructū capiamus. quos cū auer
teret ⁊ non adquiescerēt eo q̄ natio
illa gens sit mirabilis. hora idonea
in campū illos duxit gladio circa il
los circulu fecit. monens sub inter
minatione mortis vt infra circulu
se cohiberent ⁊ ne aliquid rogātib⁹
darent vel ab offerentibus recipent
precepit. Recedens ab eis demōes
carminibus suis aduocauit. mox as
sunt illi in formis militu decēter ar
matoꝝ. militie ludos circa iuuenes
exercentes. Nunc lapsū simulabant
nunc lanceas ⁊ enses ꝓtra eos exten
debant omnib⁹ modis satagentes.
vt illos extra circulū extraherent. q̄
cum sic nihil proficerent in puellas
speciosissimas se trāsformātes cho
reas circa illos scholares ducebant
varijs q̄ anfractib⁹ iuuenes inuitā
tes. ex quib⁹ vnus forma ceteris p̄
stantior vnu ex scholaribus elegit
Ad quem quotiens venissz chorisā
do totiens anulum aureum prige
bat. intus suggerendo. ⁊ foris motu
corporis ad amorem suum illum in
flammando. Que cum per multas
vices hoc actitassz vict⁹ iuuenis di
gitum contra anulum extra circulū
porrexit. quem illa mox per eundez
extrahens nusq̄ comparuit. Capta
preda conuentus malignantium in
turbinez resoluitur. fit clamor stre
pitus discipulorum accurrit magi
ster de raptu consocij conquerūtur
omnes. Quibus ille respondit. ego
sine causa suz. vos me coegistis. ego
vobis predixeram quia non eum
amodo videbitis. Ad quod illi. Ni
si restituas eum nobis interficiem⁹
te. Timens ille vite sue sciens baua
ros esse furiosos respondit. Ego tē
tabo si spes aliqua poterit esse de il
lo. Vocans q̄ principem demonio
rum fidele suum ministerium illi
ad memoriam reuocans dixit disci
pline eius multum esse derogandu
seq̄ a discipulis occidendum nisi iu
uenis restitueret. Cui diabolus cō
passus respondit. Cras conciliu ꝓ
pter te i tali loco celebrabo. tu esto
presens. Etsi aliquo modo illum p
sententiam obtinere poteris gratū
habebo. Quid plura? Ad imperiu
principis concilium malignantiu
cogitur. de violentia in discipulum
facta a magistro conqueritur. ab
aduersario respondetur. Domine
inquit non illi feci iniuriam. non vi
olentiam. magistro suo inobediens
ipse fuit. legem circuli non custodi
uit. In hunc modum contendenti
bus illis diabolus demonem quen
dam sibi collateralem de sententia
interrogauit dicens. Oliuere sem
per curialis fuisti. contra iustitiam
personam non accipis. solue questi
onem huius litis. Respondit ille.
Ego iuuenem restituendum esse iu
dico magistro suo. Mox q̄ ad ad⁹
uersarium conuersus ait. Redde il
lum discipulum quia nimis impor
tunus fuisti. Ceteris sententie eius
assensum prebentibus ad manda
tum iudicis eadem hora scholaris
ab inferis reducitur. magistro suo
restituitur. conciliu soluitur. ad di
scipulos reducta preda magister le
tus reuertitur. Cuius vult⁹ ita erat
macer ⁊ pallidus. color tam immu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tatus vt hora eadez de sepulcro vi
deretur resuscitatus .qui socijs apd
inferos visa recitans q̄ deo ꝯtraria
⁊ execrabilis foret illa disciplīa.ma
gis exemplo q̄ verbo ostendit .⁊ a
loco recedens in quodam ordinis
nostri monasterio monachum se fe
cit. .xlix

In hemmērode sacerdos quidā
venerabilis ad conuersionez venit
noīe⁊ opere xp̄ianus.huic demō es
multū importuni fuerunt ⁊ sepe il
los vidit tam ante conuersionez q̄ꝫ
post. Huius tempore alter quidam
sacerdos noīe karolus in eodem ce
nobio factus est nouitius.⁊ erat ei⁹
in probatione soci⁹ ꝑor nr̄ Isebran
dus. Hic instinctu diaboli cui⁹ con
silio vtebatur gule ⁊ carnis sue cō
modis nimis consentiens.infirmita
tes sepius simulauit.qui cum posit⁹
in infirmatorio tm̄ carnē nutriret⁊
spūm negligeret.vadens ⁊ rediens
de priuata cum claudicaret.⁊ in co
quinā respiciendo que ibi preparē
tur infirmis consideraret. predict⁹
xp̄ianus diabolum eū sequi vidit.q̄
eo modo q̄ ille claudicauerat ⁊ ip̄e
claudicauit.⁊ sicut introspexerat in
trospexit.in nullo ab eius gestibus
discrepans. Tandem infra annū ꝓ
bationis deficiens reuersus est ad
ollas egipti.⁊ secut⁹ est caro carnez

Retulit mihi q̄dā ciuis ho .l.
nest⁹ asserens suis tp̄ib⁹ magūtie si
bene memini hoc qd̄ dictur⁹ suz cō
tigisse veraciter. Die quadam dn̄ica
cuz sacerdos in ecc̄ia cuius erat ple
ban⁹ circuiret ⁊ aqua benedicta po
pulum aspergeret.ad ostiuz ecclesie
veniens matronam q̄ndaz pompa
tice venientem ⁊ ad similitudinē pa
uonis varijs ornamentis pictā ob
uiam habuit.in cuius cauda vest i
mentorum quam habebat post se
longissimam multitudinem demo
num residere conspexit.erant enim
parui vt glires .nigri vt ethiopes.
ore cachīnantes.manibus plauden
tes.⁊ ec̄ sicut pisces intra sagenam
conclusi saltantes. Reuera ornatus
muliebris sagena diaboli est .quos
vt vidit demonum quadrigam fo
ris expectare fecit.plebem aduoca
uit.demones ne fugerent adiurauit
territa illa stetit⁊ vt visiones popu
lus videre mereretur quia vir bon⁹
ac iustus valde fuit orationibus su
is obtinuit. Intelligens mulier ob
vestimentorum superbiaz sic se a de
monibus esse derisam domum redi
it.vestimenta mutauit .⁊ tam ip̄i q̄ꝫ
ceteris feminis eadem visio occasio
facta est humilitatis

Quinq̄gesimūp̄mū

In quodā sanctimonialiū mona
sterio quod in oppido būnensi situz
est.sacerdos quidam defunctus est
adolphus nomine vir valde secula
ris ⁊ lubricus iam dicti monasterij
plebanus. Hic sicut mihi retulit q̄
dam sacerdos qui fuerat bunnen
sis canonicus.cum die quadam cuz
suo cognato quodam luderet in ale
is.quidā ex parochianis eius flens
superuenit ⁊ vt matris sue confessio
nem audire eam q̄ꝫ communicare
dignaretur humiliter ⁊ cum lachry
mis supplicauit. Respondente sacer
dote. Non nisi expleto ludo. Et ille
valde instaret asserens infirmam ex
pectare non posse.commotus sacer
dos.secū ludēti dixit. Cognate ego
ꝯqueror vobis de homine isto qui
me quiescere non sinit. Videns se il
le nihil proficere tristis ac gemens

discessit. ⁊ infirma sine confessione atq; viatico ab hac luce migrauit. Die autem tertio is qui cuz sacerdote luserat defuncte filio occurrit.et sacerdotis querimonie recordatus illum sine causa occidit. Post hec et alia peccata plurima sacerdos idez pemptoriā incidit infirmitatez .qui cum essz in desperatione.quedā cognata eius sedens corā illo cū signū ꝯtritionis videret ī eo nullū tristis sic ait. Dñe debilis estis valde .p̄parate vos propter deū .īuocate deuz vt peccata vestra vobis dimittat.⁊ spatiū adhuc fructuose penitētie cōcedat. Ad quod ille desperat⁹ respōdit. Vides horreū illud magnuz ex opposito nostro?non sunt in eius tecto tot calami quot sūt circa me demones ꝯgregati. Et hoc dicto mox agonisans expirauit.eos videns ad esse moriturus quorum consilio vixerat sanus. .lij.

Demon quidam cum hominem a se obsessum horribiliter torqueret ⁊ diuersis per os eius garriendo diuersa responderet.dictū est ei a quodam ex circunstantibus. Dic diabole si posses ad gratiam in qua fuisti redire quid velles propt̄ hoc laboris sustinere? Respondit ille Si hoc esset in meo arbitrio . Mallem cum vna anima decepta descendere in infernum q̄ redire in celum. Mirantibus omnibus cur ita diceret.iteruz hoc verbū respondit. Quid ue hoc miramini.tanta est malicia mea et tam obstinatus sum in illa vt non possū aliquid velle boni. Huic verbo alterius cuiusdā demōis sermo discordat. .liij.

In ecclesia beati petri in colonia cum femina quedam a demone obsessa miserabiliter tormētaretur.cōtigit vt alia obsessa supueniret.idem spiritus malignus de reditu ad gloriam sicut supior interrogatus verbum sermoni eius valde contrariuz audiente me respondit. Si essz inq̄t columna ferrea ⁊ ignita rasorijs et calamis acutissimis armata a terra vsq; ad celum erecta.vsq; ad diez iudicij etiamsi carnem haberem in q̄pati possem me per illā trahere vellem.nunc ascendendo.nunc descēdēdo.dūmodo redire possez ad gloriam in qua fui. .liiij.

In campo domo ordinis cisterciensis que sita est in episcopatu coloniensi sicut audiui a quodaz sacerdote ordinis nostri homine veridico quem res non latuit. Conuersus quidam fuit qui a monachis cum quibus loquebatur in tantum litteras didicerat vt textum alexandri legere sciret. Huiusmodi occasione illectus ⁊ deceptus libellos sibi ad hoc idoneos occulte fecit conscribi cepit q; in vicio proprietatis delectari. Cun q; huiusmodi studium eidez conuerso ad hoc nimis conuerso prohiberetur.amore discēdi apostasiā incurrit.modicum tamen propter etatem profecit. Deinde autem ad monasterium penitentia ductus rediens.et hoc vsq; tertio actitans. nunc enim ad scholas seculares exeundo.nunc reuertendo diabolo copiosam in se prebuit materiam decipiendi. Visibiliter enim illi apparens in specie angeli ait. Disce fortiter quia futurum est ⁊ a deo diffinitū vt haluerstadensis fias episcop⁹ Stultus em̄ ille diaboli dolos non obseruans .sperabat in se antiqua

renouāda fore miracula. Quid plura? Die quadam seductor conuerso se ingerens clara voce ⁊ hilari facie dicebat. Hodie epūs haluerstadensis defūct⁹ est. festina venire ad ciuitatem cui a deo antistes destinatus es. Ipsi⁹ eim consilium mutari non pt. Statim miser de monasterio silenter exiens nocte eadem in domo cuiusdam honesti sacerdotis iuxta oppidū xantense hospitatus est. Vt aūt gloriose ad sedem suam veniret. nocte ante lucē surgens equū hospitis valde bonum strauit. capaz eiusdem induit. ascendit. ⁊ abijt. Mane familia dom⁹ damno cognito apostataz insequens apprehendit. ad iudicium seculare cum furto tract⁹ et per sententiā damnatus. non cathedram vt eps. sed sicut fur patibulū ascendit .lv.

Narrauit nobis anno preterito beate memorie theobaldus abbas euerbacensis q̄ quidā conuersus cū nescio quo tenderet ⁊ auē que cuculus dicitur a voce nomen habens crebrius cantantem audiret. vices interruptionis enumerauit. ⁊ viginti duas inueniens eas q̄ q̄si pro omine accipiens pro annis totidem vices easdem sibi computauit. Eia inquit certe viginti duobus annis adhuc viuā. vt quid tanto tpe mortificem me in ordine. redibo ad seculū ⁊ seculo deditus viginti anni fruar delicijs eius. duobus annis qui supersunt penitebo. Haud dubiuz q̄n diabolus qui supradictum conuersum vt epūs fieret ad credenduz induxerat aperto sermone. ⁊ huic suasserit vt tali augurio fidem adhibēt occulta suggestione. Sed domin⁹ q̄ augurium odit aliter q̄ ille ordinauerat disposuit. Nam duos quos penitentie deputauerat. annos eum in seculo viuere permisit ⁊ annos viginti delicijs ordīatos iusto suo iudicio subtraxit. Ecce tales sunt promissiones diabolice. .lvi.

In susato que ciuitas est coloniē sis diocesis miles quidam thiemo nomine habitabat. qui sic totus deditus erat ludo tesserarū vt nō die non nocte quiesceret semper sacculū cum numis secum portabat vt secū ludere volentibus obuiaret. Ita in ludis expeditus ⁊ fortunatus erat. vt vix aliquis ab illo sine damno recederet. Vt autem posteris ostenderetur q̄ntum deo tales ludi in q̄b⁹ ire. inuidia. rixe. ⁊ damna suscitātur peccatiq̄ verba rotantur. contrarij forent permissum est diabolo vt cū eo luderet qui multis illuserat atq̄ euisceraret qui multorum marsubia euacuarat. Nocte quadam domuz eius in specie cuiusdā hominis ludē volentis intrans saccellū q̄ numis refertum sub ascella portans ad tabulaz sedit. denarios liberaliter apposuit. tesseris iactauit ⁊ adquisiuit. Cui cum prospere succederet ⁊ militi iam pecunia quam apponeret defuisset iratus ait. Nunquid non diabolus tu es? Et ille. Nūc satis est. Appropinquat enim tempus matutinale oportet nos ire. Tollens q̄ illum per tectum traxit cuius viscera tegulis retrahētibus miserabiliter excussit. ⁊ quid de eius corpore factum sit, vel in quem locum illud p̄ iecerit vsq̄ hodie taz a filio eius q̄ a ceteris qui illuz nouerant ignoratur. Mane vero viscerum eius reliquie tegulis inherentes reperte sūt ⁊ in cimiterio sepulte lvij.

Demon quidaz adolescētis venusti speciem induens ad quēdam militem venit obsequium suum illi offerens. Cui cum multuz placeret tā in decore q̄ in sermone. gratanter ab eo susceptus est .qui mox militi seruire cepit diligenter ⁊ taz timide tam fideliter ⁊ tam iocunde vt satis ille miraretur.nunq̄z equū suū ascendit.nunq̄ descendit q̄n ille essz preparatus ⁊ genu flexo strepam teneret.discretum prouidum hilarem se exhibuit. Die quadaz dum simul equitarent ⁊ venissent ad fluuiū q̄ndam magnum miles respiciēs ⁊ plures ex inimicis suis mortalib⁹ post eos venire considerans ait seruo. Mortui sum⁹.ecce inimici mei post me festinant.fluuius ex opposito est nullus superest locus refugij.aut occident me.aut capient. Tunc ille ne timeas domine.vaduz fluminis huius bene noui.sequere tm̄ me bene euademus. Respondente milite. nūq̄ homo fluuium istum in hoc loco transuadauit. Spe tamen euasiōis seruum ducez secutus sine periculo venit ad littus. Et ecce eis transpositis.hostes ex opposito littore consistentes mirati sunt dicentes. Quis vnq̄ audiuit vadum in flumine isto non alius nisi diabolus illum transuexit? Timētes q̄z reuersi sunt. Processu vero tempis accidit vt militis vxor infirmaretur vsq̄z ad mortem. in qua dum omnes medicorum artes defecissent ait iteruz demon domino suo. Si domina mea inungeretur lacte leonino statiz sanaretur Dicente milite vnde haberetur lactale. Respondit ille ego afferaz.qui vadens ⁊ post spatium vnius hore rediens vas plenum secum attulit. a quo cum fuissz peruncta mox meliorata pristinum recuperauit vigorem. Cui cum diceret miles.vñ habuisti tam cito lac istud? Respōdit de montibus attuli arabie .recedēs a te arabiam iui .leene speluncaz intraui.catulos abegi ⁊ ipsam mulsi. sic q̄z reuersus sum ad te. Stupente milite ad verba ista ⁊ dicente. Quis ergo es tu? Respondit ille. Non soliciteris de hoc seruus enim tu⁹ suz ego. Instante milite tandem confessus est dicens. Demon ego sum vn⁹ ex illis qui cum lucifero ceciderunt Tunc magis milite stupente subiunxit. Si natura diabolus es .quid ē q̄ tā fideliter seruis homini. Respōdit demon . Magna est mihi consolatio esse cum filijs hominū . Dicente milite non audeo d̄ cetero vti seruitio tuo. Iteruz ille respondit.hoc pro certo scias quia si me tenueris nunq̄ a me vel propter me aliquid mali tibi eueniet. Nō audeo inquit sed quicquid p mercede tua postulaueris licz dimidium bonoruz meorum libens tradam tibi.nunq̄ homo homini seruiuit tam fideliter et tam vtiliter. Per tuam prouidentiam iuxta fluuium mortez euasi.per te vxor mea recepit sanitatem. Tūc demon. Exquo tecum esse non potero nil pro seruitio meo nisi quinq̄z solidos requiro . Quos cuz recepisset militi illi reddidit dicens. Peto vt ex eis nolam compares .⁊ super tectum pauperis illi⁹ ecclesie ac desolate suspendas vt per eam saltem dominicis diebus fideles ad diuinum conuocentur officium . Sic q̄z ab oculis eius disparuit.et hoc idcirco demon petijt vt hi qui hactenus debitam horaz officij preueni

entes cum sūma deuotione expecta
bant eo ꝙ timerent tardius ad diui
na mysteria concurrere· de cetero
non nisi post auditum nole sonum
conuenirent. lviij.

Ante hoc trienniuz defuncto ab
bate sancti dionysij gentis francoꝝ
apostoli cum ditissima illa abbatia
vacaret ⁊ ad eā plures aspirarēt. ve
nit ad regem philippuz is qui in cō
gregatione videbatur esse potior ꝑ
posit⁹ videlicz ꝓ abbatia supplicās
⁊ dicens. Domine ecce quinquagin
tas offero vobis libras vt propiti
us mihi sitis ī hac abbatia. Cui rex
nihil promittens sed symoniacum
muneris receptione quasi in arce
spei ponens respondit. Date pecuni
am camerario meo secrete. Recedē
te igitur preposito ⁊ quasi de regio
fauore certificato cellarari⁹ de his
nihil sciens eundem regem adijt ⁊
preposito similia petens similez pe
cunie quantitatem obtulit. a quo si
mile responsum accepit. Nouissime
venit thesaurorum infidus custos.
⁊ ipe pro abbatia regi quingentas
libras offerens. Cui sicut superiori
bus responsum est. Et licz rex sicut
homo prudens dissimularet. pluri
mum tamen ei displicebat trium il
lorum monachorum ambitio ⁊ pro
prietatis vitium. imo tam execrabi
le furtum. sciens oblatam pecuniam
monasterio fuisse subtractam. Pre
fixit tamen conuentui diem in qua
eis abbatem constitueret. eo ꝙ ab
batia in man⁹ eius deuoluta fuisset
Sedēte rege in capitulo verbis ad
hoc idoneis premissis cum diligen
ter circunspiceret ⁊ personas consi
deraret tres predicti monachi pre
positus videlicz. cellararius. ⁊ sacri
sta in summa expectatiōe erant po
siti singuli per momenta singula ab
batiā sibi sperantes esse porrigēdā
Et licet spes sancta non confundat
omnes tamen in sua expectatione
sunt confusi. Nam rex videns mo
nachum quendam simplicem in an
gulo capituli residentem et nihil mi
nus q̄z de abbatia sperantem inspi
ratione diuina vt surgeret precepit
Stante illo cum verecundia coraz
principe dictum est ei ab eodem re
ge. Domine en committo vobis ab
batiam sancti dionysij. quo audito
homo ille simplex cum regi non as
sentiret. imo fortiter reclamaret. asse
rens se personam esse humilem pri
uatam ⁊ despectam atq̄z ad tantaz
dignitatem nimis indignam nimis
q̄z insufficientem. se vituperando a
pud regem commendauit. et coegit
eum. Postea subiecit. Domine eccle
sia ista plurimis debitis ē obligata
nec est vnde soluantur. Cui rex sub
ridendo respondit. En in instanti
mille quingentas libras vobis da
bo. ⁊ cum necesse fuerit vobis accō
modabo pecuniam. insuper auxiliū
⁊ consilium impendam. precepit q̄z
camerario supradictam pecuniam
ei afferri. Adhuc puto viuit ⁊ forte
per eum domus illa melius regitur
q̄ per illos essz regēda qui ad eius
regimen aspirauerunt lix.

Ante tempora cuz sub imperato
re frederico hui⁹ frederici auo vna
ex imperialibus abbatijs vacaret.
duo q̄z electi essent nec concordare
possent. vnus illorum magnaz sum
mam argenti quam in monasterio
congregauerat eidem frederico ob
tulit quatenus sibi assisteret. Et pro
misit pecunia recepta. Postea intel

ligens aduersarium eius virum esse bonum simplicem ⁊ ordinatum cepit cum suis habere consiliū qualiter indignum amoueret. ⁊ ob virtutes suas electuz confirmaret. Et dixit ei quidam. Domine sicut audiui monachi omnes ex regula tenētur acus portare. Sedente vobis in capitulo dicite illi inordinato vt ad punctionem digitorum vestrorum acum suam vobis accōmodet. ⁊ cū non habuerit inuenietis contra euz occasionem quasi de irregularitate. Quod cum factum fuisz ⁊ ille non haberet. Alit alteri. Domine presta te vos mihi vestram. Quam cuz ille mox extraheret forte premunit' respōdit imperator. Vos estis monachus in ordine iustus ⁊ ideo tanto honore dignus. Ego decreuerā honorare aduersarium vestruz. sed ille irregularitate sua se reddidit indignum. Bene apparet in his minimis q negligens ⁊ dissolutus sit in maximis. Tali q sophismate monachum astutum imperator amouit ⁊ simplicem in abbatem promouit

In regno francie villa que .lx. quido dicitur virgo quedaz fuit nobilis ⁊ religiosa sed paralitica. Huic pater suus vtpote vir magnus et diues. sacerdotes qui ei diuina celebrarent instituit. ministros annuos q redditus sufficienter ordinauit. que cum orationibus ieiunijs ⁊ diuine contemplationi operam daret. ita illaruz dulcedine est pasta vt omnis cibus corporalis ei ī nauseam verteretur. nec em̄ aliquid ex eo sumere posset. nisi succum modicum vuarum. Hospitalis erat valde per quam ⁊ spiritum meruit prophetie Ordinem nostrum summo honore reuerebatur. ⁊ hoc ei sepissime contigisse fertur. vt cum aliq monachorum siue abbatū ad eius hospitium diuertere proponerent. illoruz aduentuz ipsa presciret. atq ad modum hilaris familie prediceret. Tali ac tali die illi ⁊ illi abbates siue monachi ad nos venturi sunt. p̄parate necessaria. Alio tempore cū die purificationis domine nostre clericis alijs q ministris diuino nutu absētibus sola iaceret intra se tristis dicebat. Modo hic sola iaces. nec aliquid obsequij more ecclesie vniuersalis hodie beate dei genitrici impendis. Hū talia in mente volueret spiritus eius mirabili dei virtute de corpore eductus ab angelo intra celestem hierusalem est deductus. In qua maximaz vidit processionem ex diuersis eiusdem beate ciuitatis ordinibus. patriarchis videlicz prophetis. apostolis. martyrib' confessoribus. ceterisq fidelib' Ex quibus bini ⁊ bini simul incedebāt ⁊ candelas ardētes in manibus gestabant. Antiphonas siue responsoria ad diem pertinentia more ecclesie militantis omnes decantabant stationes debitas obseruabant. Angelus vero virginis ductor alteri cuidam virgini quam nouerat esse consimilis meriti illam sociauit candelam porrigens ardentem. Tant' erat decor omnium. tanta gloria. in dispari tamen claritate singulorum vt nulla lingua fari sufficeret. Saluator vero qui caput est omnium sanctorum splendor glorie ⁊ sol iustitie indutus pontificalibus mitrā gestans in capite suo. cum baculo cirotecis ⁊ anulo. ⁊ reliquis episcopalibus ornamentis nouissimum locū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuz matre tenebat. Cuius pulcritudinem omnis celestis exercitus mirabatur. Qui cum post tertiam stationem inchoasset antiphōam. In die beata virgo maria puerum hiesum ꝛc. ingressi sunt templum ex auro gemmis ꝗ constructuz. Deinde inceptus est misse introit⁹ ⁊ ab omnibus simul decantatus. Interim christo introeunte ad altare postq̃ expletum est kyrieleyson per chorū alternatim post Gloria in excelsis deo ꝛc. quod ipse inchoauit beatus prothomartyr stephanus epistolā legit de libro malachie prophete. Sanctus vero iohannes euangelista dalmatica indutus legit euangelium secundum lucam scilz. Postq̃ impleti sunt dies purgationis ꝛc. Quo perlecto dominus secundum morem ordinis nostri ad gradum redijt. et ab offerentibus candelam suscepit. Predicta autem virgo per spiritum sentiens se ad corpus reuersuram. candelam suaz offerre noluit. etiam angelo suo precipiente. volens illam secum ad terras portare. Quod angelus considerans candelam in manu eius fregit. superiorem partem auferens ⁊ inferiorem ei relinquens. Sic ꝗ ad corp⁹ reuersa partem eandem manu conclusam se retinuisse inuenit. de qua plurime fiebant ⁊ forte vsqz hodie fiunt virtutes. Nam aquam superfusam infirmi bibunt ⁊ conualescūt Tam manifesta ⁊ sublimis erat visio vt moduz eius minime intelligeret. dicens illud apostolicum de ea interrogaretur. Siue in corpore sive extra corpus nescit deus nescit dominus. Eustachi⁹ abbas de claustro visitator noster audiens hanc visionem quibusdam abbatibus referentibus nobis illud desiderio veritatis cognoscende virginem principaliter adijt ⁊ ab eius ore que dicta sunt audiuit .lxi.

Ante hos annos cum catholici contra albienses hereticos fuissent signati. ⁊ cum iam non modicum ab eisdem hereticis essent exacerbati. duo honesti clerici per terram illorum transeuntes cum ecclesiam vidissent in via desolatam ait vn⁹ alteri. Sabbatum est intremus ecclesiam hanc ⁊ dicamus missam in honore domine nostre. Portabant enim secum librum. calicem ⁊ indumenta sacerdotalia. anteq̃ esset missa completa hereticis proditi sunt. qui armata manu intrantes ⁊ sacerdotem de ecclesia trahentes linguā eius radicitus absciderunt. Quem socius multo labore cluniacum deducens monachis commendauit. Illi vero sicut viri catholici ⁊ religiosi sacerdotem catholicum ⁊ notuz propter fidem christi ⁊ genitricis eius honorem tam crudeliter mutilatum deuote suscipientes. omnem ei humanitatem exhibuerūt. In nocte vero epiphanie cuz solennes decātarent̃ vigilie baculo parietē pulsans ministros aduocauit. qui cum quererent quid vellet ⁊ ille se in oratorium deportari signaret volētes ei parcere non adquieuerunt. Tandem importunitate eius tediati in ecclesia eum ducentes ante altare quoddam deposuerunt. Qui cum matrem misericordie tota mentis deuotione inuocasz. illa ei apparēs ⁊ carnem lingue formam habentez in manu tenens respondit oranti. Quia propter fidem filij mei ⁊ ho

norem mihi exhibitum lingua tua
priuatus es.aperi os tuum .Quod
cum ipse fecisset digitis ori eius im
missis radici lingue precise eandem
carnem coniunxit ⁊ vniuit.sic ꝗ dis
paruit.Qui mox cum angelo in vo
cem laudatiōis erumpens clara vo
ce clamauit .Aue maria gratia ple
na vsqꝫ ad finem.quam saluationē
cuz crebrius repeteret stupentes ac
currere ministri.accurrerūt ⁊ de cho
ro monachi. de tam puro ⁊ tam io
cundo miraculo deum et eiusdez ge
nitricem glorificantes. Non imme
mor collati sibi beneficij clericus in
eodem cenobio factus est monach⁹
Cum iohannes scholasticus xantē
sis circa idem tempus essz ī prouin
cia albiensium cuz exercitu domini
audiens de tanto miraculo in redi
tu cluniacum venit iam dictuz mo
nachum sibi ostendi petiuit .Quo
viso laudauit dominum de tanto
miraculo hominib⁹ inaudito .qui
matris sue honorem augere volens
homini non solum muto loquelam
restituit.sed prorsus elingui linguā
reddidit. Noluit enim matris sue
honoratorem mutilatum relinque
re.sciens non decere celi reginā mu
tilatum habere ministrum. erudiēs
nos suis operibus vt et nos paren
tes nostros omni honore prosequa
mur ⁊ eorum voluntatem dumino
do ad malum nos non impellant
quantum possumus studere implea
mus. .lxij.

Adam sacerdos ⁊ monachus in
lucka monasterio ordinis nostri cō
siderans me in huiusmodi miracu
lis delectari.ex multa charitate mi
hi de seipso retulit quod dicturus
sum.Cum inquit essem puer ita ca
put habebam scabiosuz vt pre feto
re putredinis eius mecuz sedere vel
legere scholares recusarent. Prima
oratio quā didici salutatio erat an
gelica adhuc puerulus satis eaz fre
quentans.Cum apud monasteriuz
westphalie positus fuissem ad litte
ras ⁊ eundo ad scholas siue ad ma
tutinas quotidie transirem ad q̄n
dam ecclesiam conuentualem ex ne
cessitate vie sine intermissione ante
oratorium in honore dei genitricis
dedicatum cum tribus venijs toti
dem feci salutationes. Nocte q̄daz
putās ad matutinas fuisse compul
satum surrexi tremens. ⁊ cum venis
sem ad iam dictum monasterium.es
set ꝗ oratorium clausum tribus vi
cibus secundum consuetudinem ge
nua flectendo dominaz nostram an
gelico versiculo salutaui .surgēs ve
ro inueni ostium apertum ⁊ tanta
erat ī ecclesia claritas vt fulgori me
ridiano assimilaretur.quaz cum stu
pidus intrassem .vidi ante mai⁹ al
tare septem matronas pulcerrimas
residentes.vnam in medio que cete
ris clarior erat ⁊ sex hincinde.id est
tres a dexteris ⁊ tres a sinistris.me
dia vero me vocans cum propius
acceessissem ait .Bone puer qnare
non adhibetur cura capiti tuo? Re
spondente me .Domina satis circa
me laborauerūt amici mei sed nihil
profecerunt.Subiunxit illa. Nosti
que sum? Cui cum dicerem.non do
mina.respondit.Ego suz mater xp̄i
⁊ domina huius oratorij. quia mei
memoriam solitus es habere.ego ti
bi curam adhibeo. Accipe fructus
ligni fusilis ⁊ fac tibi hodie ex eo la
uari caput tribus vicib⁹ ante mis
sam.in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus sancti .statim q̃ curabitur. Et dixit domina nostra mater christi ad eum.videlicz. Ad me accede adã Et feci secundum mandatum eius flectente me coram ea genua mea. manum suam benedictam super ca put meum ponens ait. Ab hac ho ra vsq̃ ad diem mortis tue non do lebis caput. Mane vero cuidam fe mine que me nutriuit omnia retuli. Qui in vallem proximam descẽdẽs ⁊ ostensos fructus colligens predi cto modo caput meum lauit statim q̃ conualui. Dolorem vero capitis nunq̃ ab illa hora passus sum.cum tamen hoc in ordine satis sit mira culosum. .lxiij.

Miles quidam etate adolescens cum quodaz milite diuite domino suo a quo beneficiatus erat habita bat. Et licet etate floreret amplius tamen florebat virtute virginitatis Inuidia operante diaboli ad vxo rem domini sui grauissime cepit tẽ tari. Qui cum per annum eadem in cessanter tentatione laboraret .iam q̃ ei intolerabilis esset submota ve recũdia domine sue quid pateretur aperuit. A qua repulsaz passus am plius affligebatur. Casta eniz erat matrona ⁊ viro suo fidelis. Veniẽs ad quendam heremitam de cuius consilio totus pendebat passionem suam illi cum lachrymis confessus est. Cui vir sanctus fiducialiter re spondit. O nihil aliud nocet tibi. Ego tibi dabo consilium vt deside rium tuum consequatur effectum. Per annum istum singulis diebus dei genitricem Mariam centies cuz totidem venijs angelico versiculo salutabis et quicquid volueris per illam impetrabis. Sciebat enim q castitatis amatrix iuuenem castum licet in erroze posituz non desereret Ipsa enim tante pietatis est vt ne minem se inuocantem et sibi fideli ter seruientem periclitari sinat. Cũ q̃ iuuenis ĩ multa simplicitate do mine nostre iniunctum obsequium impeuderet.die quadam sedens in mensa domini sui recordatus est q̃ dies eadem terminus esset anni. Et statim surgens ascendit equum su um. vicinam q̃ intrans ecclesiam orationes solitas expleuit. Qui cũ exiret de ecclesia vidit matronam pulcerrimam omnem decorem hu manum transcendentem equum su um per frenum tenentem. Miranti quenam esset illa respondit. Placz ne tibi species mea? Dicente milite. nunq̃ pulcriorem te vidi. Illa sub iunxit. Sufficeret ne tibi si me pos ses hr̃e vxorẽ? Qui cũ responderet. cuilibet regi bene sufficeret species tua.et beatus iudicaretur tuo con sortio. Subiecit illa. Ego eĩ ero vxor tua.accede ad me da mihi oscu lum.et coegit eum dixitq̃. Modo iniciate sunt nuptie.et in tali die co raz filio meo perficientur. Ex quo verbo cognouit eam esse matrez do mini. Apprehendes q̃ strepam equi eius vt ascẽderet precepit. cuius au ctoritate miles pressus obediuit.ab illa hora tam plene a libidinis ten tatione predicta miles liberatus est vt etiaz vxor domini sui miraretur Hec cum heremite recitasset per or dinem ille genitricis dei pietatem si mul ⁊ humilitatem admiratus re spondit. Ego interesse volo diei nu ptiarum tuarum Interim de rebus tuis disponas. Quod cum fecisset ⁊ heremita venisset ad diem prefixuz

dixit iuueni. Sētis aliquid doloris Respondente illo non .cum secūdo post horam idipsuz ab eo sciscitare tur. Respondit modo sentio .Qui post paululum agonisans spiritum exalauit.⁊ celestem thalamum pro missas nuptias celebraturus intra uit. .lxiiij.

In mōasterio quodam sanctimo nialium cuius nomen ignoro ante nonnullos annos quedam virgo degebat nomine beatrix. erat enim corpore speciosa .mente deuota .et in obsequio dei genitricis feruentis sima. Quotiens illi speciales oratio nes siue venias secretius offerre po tuit pro maximis d̄licijs reputauit. Facta vero custos hec egit tāto de uotius quanto liberius. Quam cle ricus quidaz videns⁊ concupiscēs ꝓcari cepit Illa verba luxurie sper nente isto importunius instante ser pens antiquus tam vehementer pe ctus eius succendit vt flammā amo ris ferre non possz . Accedens vero ad altare beate virginis patrone oratorij sic ait. Domina quanto de uoti⁹ potui seruiui tibi .ecce claues tuas tibi resigno .tentatiōes carnis sustinere diutius nō valeo. Positis qꝫ super altare clauibus .clam secu ta est clericum.quam cum miser ille corrupissz post dies paucos abie cit. Illa cum non haberet vnde vi ueret ⁊ ad claustruz redire erubesce ret facta est meretrix. In quo vicio cum quindecim annos transegisset. die quadam in habitu seculari ad portam venit monasterij. que cum dixissz portario.nosti beatricē qñqꝫ huius oratorij custodem? Respon dit. Optime noui. Est eniz domina proba ac sancta ⁊ sine querela ab ī fantia vsqꝫ ad hāc dic̄ in hoc mona sterio ꝯuersata Illa verba hoīs no tans sed non intelligens. duz abire vellet mater misericordie in effigie nota ei apparens ait. Ego per quin decim annos absentie tue officium tuum suppleui.reuertere nunc ad lo cum tuum ⁊ penitentiam age quia nullus hominum nouit excessuz tu um. In forma siquidem ⁊ habitu il lius dei genitrix vices egerat custo die. Que mox ingressa q̄diu vixit gratias egit per confessionem circa se gesta manifestans. .lxv.

In vicina ciuitate tridentine sic̄ mihi retulit quidaz abbas latro fa mosus versabatur.a quo multi val de depredabantur. ⁊ qui se defen dere voluerunt nec potuerunt occi debantur. Hic cum die quadaz mo nachum quendam ordinis nostri obuium haberet sperans q̄ pecuni am portaret ait. Nisi voluntarie se quaris me occidam te. Quem cum monachus sequeretur ⁊ quereret in via quis esset vel quid operis habe ret.respondit ille. Ego sum latro il le famosus.nomen suuz exprimens Cui cum monachus diceret. Jam incipitis canescere ⁊ non timetis a nime vestre. Respondit ille. Nō pl⁹ q̄ꝫ pecus. Et tacuit monachus. Ve niens in speluncam illius ait intra se. Si posses hominem hunc cōuer tere magnuz deo prestares obsequi um. Dixit qꝫ ad latronem .Si licet mihi aliquid vos interrogare? Re spondente illo licet.monachus sub iunxit. Qualis extitit vita vestra a principio? Respondit ille .pessima. quando puer eram cū omnib⁹ meis coetaneis contendebaz .factus ado lescens furtis operā dedi .deinde in

viruz proficiens latrocinia exercui in quibus adeo profeci vt hodie caput ⁊ magister sim omnium latronum huius prouincie. Ad qd monachus. Nunquid non timetis penas eternas huiusmodi operib⁹ preparatas? Dicente illo. de anima nulla mihi questio est. eo q̃ perdita sit. Monachus respondit. Quid si possem vobis ostendere viam salutis. velletis mihi adq̃escere nec ne? Ait latro. Etiam vobis consentirem. et ille. Jeiunate vnum diem in ebdomoda in honore sancte marie genitricis. ⁊ nullum in illa die ledatis. ⁊ sciatis pro certo quia gratiam magnam apud filiuz vobis obtinebit Respondit latro. Nec revera faciã ⁊ iam voueo. Nihil ea die comedã nullum deprzedabor. nullum ledam Elegit q̃ diem sabbati nihil in illo mali operans. imo plurimos a sociorum manib⁹ deprzedandos sive occidendos ob honorem beate virginis eripiens. Eodem tpe tridentuz ab hostibus per circuitum vastabatur. ⁊ exeũtes satellites ciuitatis cũ hostes die sabbati insequerentur. iã dictum latronem inermem propter diez sabbatum cũ ceteris ceperunt. cum esset fortissimus non se defendebat cũ caperetur. nõ se excusabat nec loqui voluit interrogatus cum ducerctur. Veniẽs in ciuitatẽ mox vt cognitus est patibulo adiudicatus est. Nutu tamen vt creditur beate virginis super pulcritudinẽ corporis eius iudices moti in hoc conuenerunt. vt prouincia abiurata viueret. Quod cum ille abnueret ⁊ diceret Non faciam. melius est enim vt hic peccata luaz q̃ in futuro. Responderunt. Sine tũc vt decolleris Non curo inquit qualis sit pena dũmodo occidar. Et illi. Vis vt vocetur tibi sacerdos. Respondit. Non est necesse. Omnes eniz xpiani estis ommbus vobis peccata mea confiteor. Quod cum fecisset cum multa contritiõe nihil se boni vnq̃z fecisse testabatur preter illud ieiuniuz qd a monacho didicerat. Sic q̃z extra ciuitatem decollatus est. ⁊ in codez loco sepultus. Nocte eadez vigiles portarum circa eius tumuluz luminaria viderunt. Quinq̃z eniz matrone corpus effodientes. ⁊ caput corpori adaptantes poluerunt in feretro mire texture purpura supiecta Ex quib⁹ quattuor singulares candelas ardentes in manibus habentes per quattuor partes feretrũ tollentes. quinta que clarissima omnium erat cum candela sequente ad portam vsq̃z venerunt ibi corp⁹ deponentes. Custodes ista videntes timuerunt putantes esse fantasma. Quibus illa dicebat. Dicite episcopo uestro vt capellanũ meum a vobis decollatum in tali loco ecclesie honorifice sepeliat. minas addens si negligeret ⁊ nominauit se. Mane cum episcopo nunciata essent cum clero ⁊ populo exiens purpurã deposuit. caput precisum corpori vnitum videns expauit. texturã q̃z purpure humanum artificium excedentem admiratus relatis credidit. hominem q̃z cum timore ⁊ honore maximo. non vt latronem sed sicut xpi martyrem in loco designato sepeliuit. Ab illo tempore vsq̃z hodie aliquis vix adultus in illa prouincia inuenitur qui eius exemplo die sabbati in honorem domine nostre nõ ieiunet.

In francia virgo quedam christuz in etate trium annorum quando iā loqui per naturam poterat videre desiderans.hoc vt fieret precib⁹ instabat. Erat enim tam perfecte vite vt non īmerito talia presumeret.et se exaudiri speraret a deo. iuxta vaticiniū prophete. Voluntatez timētium se faciet. Die quadam cum dicta missa ipsa populo omni egresso sola in ecclesia moram faceret ⁊ oraret.infantem quasi triennez circa altare deambulantem conspexit.putans a matre illum ibidem neglectum. Erat enim speciosissimus et tanta gratia vultus eius resplēduit vt in illius aspectu delectata ad se euz vocaret ⁊ manibus demulceret sic dicens. Dic mihi bone puerule vbi est mater tua. Qui dum nihil ei responderet estimans illa vtpote infantem nondum posse fari subiūxit. Nosti dicere pater noster tuuz Ad quod dum nō responderet vt prius adiecit. Dic post me.aue maria gratia plena dominus tecum. Et dixit post eam infantulus eadem verba tam hilariter ⁊ tam distincte vt verba miraretur. Similiter factum est de clausula secunda scilicz. Benedicta tu in mulieribus. Cum vero ei prediceret. Et benedictus fructus ventris tui. totius humilitatis magister sua inspiratione sciens scriptū Non te laudet os tuum sed alienū eandem clausulam dicere noluit ꝫ mox illa intuente per ostensam formam celos penetrauit Tunc primū virgo venerabilis se illa exauditaz intelligens gratias egit christo qui tam celeriter impleuit desiderium suū ex semetipso. .lxvij.

Erat in regno francorum episcopus quidam etate iuuenis sed magne religionis.nominis eius siue diocesis eius non memini. Hic tante fuit pietatis.misericordie.ac humilitatis.vt equitans in via neminem leprosorum sibi occurrentium sine elemosyna preteriret. Sepe etiam ꝺ equo descendit ⁊ petentes preueniens nummis manibus illorum tanq̄ christi gasophilatio immissis atz deosculatis iterum ascendit ⁊ processit. Die quadam dum per stratam publicam incederet leprosus quidā secus viam stans in agro voce raucissima vt sui misereretur clamauit. erat enim aspectus eius tam horridus ⁊ quasi a lepra tam corrosus vt oculus humanus non sine cruciatu illum inspicere possz quez vt sanct⁹ ep̄s vidit misericordia motus mox de equo ruit ⁊ ante illuz currens obtulit elemosynam. Ad quem leprosus. Non sunt mihi necessarij nūmi tui. Cui cum ep̄us responderet. q̄d ergo vis vt faciam tibi. Ille subiunxit. Vt putredinem huius infirmitatis mee abstergas digito ostendens saniem de naribus profluentem magni hororis atq̄ fetoris. Quam autem cum vir beatus christi amore susccēsus manu tergeret. Clamauit ille dicens. Cessa cessa asperitatem digitorum tuorum tolerare non valeo. Cunq̄ adhiberet partem camisie sue que ꝺ panno fuerat satis subtili.simili clamore prohibit⁹ est.tūc episcopus. Si pati nō potes manuz si non pannum delicatum.vnde vis vt abstergatur? Respondit autez leprosus.nihil aliud patiar preter linctionem lingue tue. Mox autem ad illud verbum lucta multum magna sub oriri cepit in corde pontificis

tificis inter gratiā ⁊ naturam. Illa vt fieret volente. ista contradicente sed gratia dei cooperante ⁊ nature vim faciente. linguam apposuit ⁊ p muscidem elephantinam linxit. Mira res. Mox de naribus eius qui leprosus videbatur gemma pciosissima lapsa est in os episcopi. Et vt ostenderet se xpm qui ad probādā epi virtutez finxerat se leprosum in oculis eius gloriose celos ascendit. ⁊ quia eiusdem glorie particeps futurus essz epus ascendens reprimi fit. .lxviij.

Mulier quedam cū apes multas nutriret. ⁊ ille non proficerent imo passim morerentur. cuz contra hoc remediū circūquaqz quereret dictū est ei. quia si corpus dumini inter illas locaret. mox lues ipa cessaret. q ecciam adiens ⁊ se cōicare velle simulans corpus domini sumpsit qd statiz a sacerdote recedens extraxit ⁊ in vno ex alueolis illud locavit. Mira dei potentia. Vermiculi creatorē agnoscentes de fauis suis dulcissimis hospiti dulcissimo capellulā mire structure fecerunt. in qua altare eiusdem materiei erigentes sacratissimum corpus sup illud posuerunt. Et benedixit dominus operibus eorum. Processu temporis cū femina idem vasculum aperuisset ⁊ iā dictum oratorium considerasset expavit. currens qz ad sacerdotem confessa est ei omnia ⁊ que egit ⁊ q vidit. Tunc ille assumptis parochianis suis ad vasculū venerunt. apes circunvolantes ⁊ in laudem creatoria resonantes abegerunt. capellule parietes. fenestras tectum. campanie. ostium. et altare admirantes corpusdomini cum laude ⁊ gloria retulerunt. licet autez mirabilis sit deus in sanctis suis. mirabilior tamen in his minimis predicatur. .lxix.

Tempore illo quando manifestari ceperunt hereses albienses quidā maligni virtute diabolica suffulti quedam signa atqz portenta ostenderunt quibus ⁊ easdem hereses roborauerunt ⁊ multos fidelium infide subuerterunt. Super aquas ambulauerunt ⁊ non sunt submersi. cernens hoc sacerdos quidam fide catholicus ⁊ vita religiosus sciens vera signa cum falsa doctrina esse nō posse. corpus domini cuz pixide ad flumen vbi illi populis suas ostensuri erant virtutes deportavit. dixitqz in audientia omniuz. Adiuro te diabole per eum quem in manibus porto. ne in hoc flumine ad huius populi subuersionem per hos homines tantas exerceas fantasias. Post hec verba illis super vndas fluminis ambulantibus vt pri' sacerdos turbat' corp' dñi' cū pixide in flumen iactabat. Mira christi potentia. Mox enim vt elementum tetigit sacramentum fantasia cessit veritati. et pseudo illi facti quasi plumbum descendentes in profundū sūt submersi. Pixis vero cum sacramēto statim ab angelis sublata est. Videns sacerdos hec omnia de miraculo quidem exultavit. se de iactura sacramenti doluit. Totam vero noctez in lachrymis ⁊ gemitu transiens mane pixidem cum sacramento reperit super altare. .lxx.

Erkenbaldus de burbay vir nobilis erat et potens. tantus amator iustitie vt nullam in iudicijs respiceret personam. Hic autem cum grauiter infirmaretur. lecto qz decū

beret in proxima camera tumultuz clamores qz femineos audiuit. Qui cū d causa sciscitaretur nullus ei circunstantiū veritatē dicere presūpsit Tunc mittens vnū ex pueris ait. p̄cipio tibi sub interminatione oculorū tuorū vt dicas mihi merā veritatem. Cui ille pauens respondit. domine domicellus meus filius sororis vestre feminā vi opprimere voluit ⁊ hec fuit causa clamoris. Ad qd verbum valde cōmotus dixit militibus. Ite ⁊ suspendite illuz. Milites obedientiā simulantes postq̄ egressi dixerunt ad inuicem. Si occiderimus iuuenez hunc nobilē ⁊ dn̄s noster sicut opinabile est mortu⁹ fuerit vel morte mulctabimur vel erimus extorres. Omnia tn̄ iuueni intimantes ⁊ vt presentie auūculi se sb̄traheret cōmonentes. post horas aliquas ad dominum suum ingressi se eius implesse mandatum affirmauerunt. Quinto vero die iuuenis estimans auūculū de culpa esse placatum vel immemorez aperto ostio introspexit. quē vt infirmus conspexit. verbis blandis iuxta se sedere p̄cepit. vno brachio colluz eius stringens ⁊ manu altera cultellum suum clam extrahēs gutturi eius infixit. ⁊ occidit. Qui cum planctu ⁊ dolore multorum elatus est ⁊ toti prouincie incussit horrorez. Sed erkenbaldo additus est dolor dolori adeo vt inualescente infirmitate pro ep̄o mitteret petens sacrum sibi corpus deferri. Qui cum venisset ille cum multis lachrymis ⁊ contritione cordis omnia peccata sua confessus est tacita tamen iuuenis interfectione. super quo episcopus iratus respondit. Quare subticetis parricidium quod cōmisistis in cognatum vestr̄ Dicente illo. fuit ne hoc peccatum? Subiecit episcopus. etiam crudele nimis. Et ille. ego neqz peccatū iudico. neqz a deo mihi remitti deposco Respondente episcopo. Ego vobis xp̄i corpus non tradaz nisi parricidium idem confiteamini. Subiunxit vir nobilis. sciatis dōine me non illū occidisse ex aliquo rancore siue motu ire. sed solūmodo ex dei timore zelo qz iustitie Nunq̄ aliquis filium sororis plus diligere potuit q̄ ego illum dilexi. si mihi corpus domini mei negauēitis ego illi corpus ⁊ animam meam cōmitto. Hec enim ⁊ dixit propter exemplum ne iusticie ⁊ iudicio derogare videretur. Vix pontifex limē dom⁹ egress⁹ fuerat ⁊ ecce egrotus eum reuocauit dicens Reuertimini domine episcope reuertimini. videte si ī pixide habeatis corpus christi. quod cuz fecissz nec aliquid in ea repperisset. subiūxit ille. Ecce quem mihi negastis ipse se mihi non negauit. apparuit qz hostia in ore eius Et impletuz est in eo quod per sapientem dictuz est. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite autem de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum. quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. apparet autem eis qui fidem habēt in illum. Episcopus vero pauens tantum miraculum vbiqz diuulgauit lxxi.

Magister mauritius parisiensis episcopus ante mortem suam tā grauiter infirmatus est vt materia rapta in cerebrum sensum ei subtraxerit. In tali enim defcu positus cum corpus domini cum instantia

postulasset. ⁊ hi qui circa eū erant propter sensus inopiam illud ei dare non auderent. ꝓcurauerunt cum sacerdote vt hostiam non bñdictaꝫ apportaret. Qui cū venissꝫ cuꝫ multa reuerentia qualiter decebat epm ꝯmunicare. mox vt limen domus sacerdos attigit. epus clara voce clamauit. Tolle tolle. non est domin⁹ de⁹ Reuelauerat deus auriculaꝫ ei⁹ vt ītelligeret quid circa se ageretur Stupente sacerdote necnon ⁊ alijs qui aderant reuersus est veruꝫ christi corpus deferens. Quod cuꝫ verbis catholicis valde atqꝫ compunctis adorās deuote suscepit cū quo ⁊ sensum ad dei gloriam subtractū ꝑfecte recepit. Sicqꝫ in bona confessione plenus fide ⁊ charitate migrauit ad dominū nostrū xp̄m .lxxij.

Tempore scismatis inter philippum ⁊ ottonem domin⁹ guido cardinalis aliquādo abbas cistercien sis cum missus fuisset coloniam ad confirmandam electionem ottonis bonam illic consuetudinem instituit. Precepit enim vt ad eleuationeꝫ hostie omnis populus in ecclesia ad sonitum nole veniam peteret. sicqꝫ vsqꝫ ad calicis benedictionem prostratus iaceret. Precepit etiam vt quotiens deferendum esset ad infirmum. scholaris siue campanarius sacerdotem precedens per nolaꝫ illud proderet. Sicqꝫ omnis populus tam in stratis q̄ in domibus christum adoraret. Retulit eis eodem tempore casum satis miraculosum. Miles quidam in francia fuit tante deuotionis vt quotienscunqꝫ christi corp⁹ eleuari siue deferri videret prostratus illud adoraret. cōtigit vt die quadam vestibus suis preciosis indutus intraret ciuitateꝫ Cunqꝫ platea in qua equitabat nimis essꝫ lutosa ex improuiso obuiū habuit corpus domini. Quo viso modicum intra se deliberans ait. Quid facies modo? Si in tanta ꝓfunditate te prostraueris perdita sunt vestimenta tua hec delicata. Si vero non descenderis saluberrime consuetudinis transgressorem semper accusabit conscientia. Quid plura. Preualescente deuotione de equo prosiliens in lutum se misit. in quo flexis genibus eleuatis manibus christi corpus adorauit. Et qꝛ dulcissimus dominus honorantes se non solum in futuro remunerat imo etiaꝫ in presenti non nūq̄ rehonorat. hoc egit sua potentia vt totius luti nec vna quidem guttula vestimentis eius adhereret. Tūc equū cum multa ammiratione reascendit ⁊ amplius in fide confortatus deū glorificauit.

.lxxiij.

In diocesi leodiensi in villa que elselo dicitur laicus quidam habitabat religiosus noīe winand⁹ monach⁹ nr̄i winandi a q̄ nomen traxerat auūculus. Hic tempore quodam peregrinationis gratia cum q̄busdam prouincie sue hominibus hierosolymaꝫ profectus est. In die pasche cum post solennia missaruꝫ se ad ritum suum illi prepararent. eisqꝫ predictus winādus vt homo valde deuotus suaderet dicens. Cōueniens est fratres vt in hac sacratissima die quiescentes omnes eius horas peraudiam⁹. persuadere non potuit. Festinantibus autem eis ad portum ipse remansit. omniaqꝫ diei officia illius peraudiens solus post

tos die sequenti iter arripuit. Cui persona magne reuerentie in equo occurrens atq; salutans ait. Cur sic bone homo solus incedis vel vnde venis? Respondente eo ab hierosolimis venio ⁊ sic atq; sic mihi contigit. Ille protinus sic subiūxit. Ascē de ⁊ sede post tergū meum bene seq̄mur socios tuos. Quod cum fecisset eadem die iuxta predictam villam eū deposuit dicens. Cognoscis vbi sis? Dicente illo Prouinciā quidem ꝓgnosco. sed quid circa me agat ignoro. Eques adiecit. Quia xp̄m ie sum honorasti idcirco missus sū vt te reducerem. ecce dom⁹ tua. Vadet enarra mirabilia que circa te gesta sunt. Quē cū noti eius vidissent dixissent q; vbi sunt socij tui. respōdit. Hodie fui in hierusalem ⁊ reliq̄rūt me ibidem precedentes me. Et non crediderunt ei dicentes. Senex iste delirat. Qui statim conciuium subsannationes declinans cum pecunia que ei superat ex gratia celestis cōuectoris limina beati iacobi apostoli petiuit ⁊ anteq̄ socij eius redirēt ipse redijt. Duplici ergo testimonio ille glorificat⁹ peregrinorum videlicet q; in pascha in hierusalem sit relict⁹. ⁊ conciuiū q; die sequenti in elselo sit visus ab vtrisq; magnificatus est domin⁹ iesus christus tanta mirabilia vbiq; diuulgantibus.

Retulit nobis nuper lxxiiij. abbas quidam ordinis nostri de q̄dam monacho cui tanta a domino concessa est gratia vt virtute vestimentorum eius multi sanarentur. Sepe si tū adhuc viuit duo fratres vestes ei⁹ induūt vel cingulo se cingunt sanantur. Quod cum quodam tempore eius abbas considerasset nec aliquid specialitatis in illo vidisset. in his verbis eum secretius allocutus est. Dic mihi fili. que est causa tantorum miraculorum? Respondit ille. Nescio domine. Non plus ceteris fratribus oro. non plus vigilo. non plus ieiuno. non plus laboro. sed vnum scio q; me non potest extollere prosperitas neq; frangere aduersitas siue d̄ persona mea siue etiam sit de persona aliorum. Cui cum dixisset abbas. Non te turbauit q; miles talis nuper grangiā nostram incendit. Respondit. Non Totum enim domino deo commisi Si modicum habeo cum gratiarū actione accipio. Si multum iterum gratias ago domino. Et cōgnouit abbas q; causa tante virtutis esset amor dei ⁊ contemptus rerum terrenarum.

.lxxv.

Miles quidam religiosus albertus nomine cognomento scotharet ante conuersionem in armis erat tā strennuus in militia tam nominat⁹ vt pene omnes nobiles terre nostre certatim ei sua munuscula dextrari os videlicet et vestimenta preciosa dirigerent. quatenus illum sibi associarent Die vero quadam duo que dam obsessa puella duodecim annorum cuiusdam militis filia in quadam sedens ecclesia a religiosis exorcizaretur in risum resoluta clamauit Ecce amicus meus venit. Requirē tibus illis de quo diceret. Respondit autem illa. bene videbitis eum dicebat etenim de predicto milite qui illa eadem hora satis remotus fuerat ab ecclesia. Qui quanto plus propinquauit tanto plus illa exultauit. Qui vero cum ecclesiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intraret illa ei assurgens ⁊ manib⁹ plaudens salutauit cū dicēs. Ecce iste est amic⁹ me⁹. cedite cedite finite illum appropinq̃re. Erat cū indut⁹ vestib⁹ purpureis atq̃ cultellatis. q̃ cum accessissz ad eam ⁊ dixissz sum ego amic⁹ tu⁹? Respōdit per os puelle diabol⁹. Etiā amic⁹ me⁹ optim⁹ omnē enim volūtatē meā facis. De quo verbo miles satis turbatus est licz dissimularet. Subridens tñ sic ait. Tu demon stultus es ⁊ fatuus. Si paudens esses nobiscum ad torneamenta pergeres in quib⁹ homines capiūtur ⁊ occidūtur. Vt quid sine causa vexas puellaz hanc innocuā que non peccauit? Dicente diabolo. si vis vt tecuz pgam sine vt intrez in corpus tuū. respondit miles Certe nō intrabis in me. Et diabolus. Concede vt sedeam in sella tua Quod cū negassz petiuit locū ī aliqua parte equi vel freni que omnia negata sūt ei. Ad quē rursus diabol⁹ Nō possū pedes currē. Si vis vt tecum vadā aliquē mihi saltē locū concedas circa te. Miles vero puelle compassus ait demoni. Si villaz volueris deserere concedā tibi vnā lingulā pallij mei. tali conditiōe vt in nullo me ledas ⁊ tam diu mihi adhereas q̃ diu torneměta q̃ro. qñ tibi precepero bona tua voluntate sine contradictiōe recedes. Et iurauit ei diabolus dicens Non te ledā sed promouebo. Exiens q̃ de puella lingule pallij eius insilijt mirabili motu se prodēs. Ab illa hora tñ glorie in torneamentis militi accessit. vt quos lācea deijcē vellz deijceret. quos capere caperet. cum eunte ibat. et cum loquente loquebatur. Quando prolixius in ecclesia orabat dicebat. Modo murmuras nimis. quando aqua bñdicta se aspersit iterum aiebat. Vide ne me tāgas Cui miles. Si vna gutta te tetigerit non mihi placebit. Tempore illo quo crux predicabatur cum miles intraret ecclesiam gratia signationis diabolus eum retrahere nisus est dicens. Quid hic agis? Respondit miles. Deo propono seruire ⁊ tibi renunciare. Recede ergo a me. Hec dicente milite. Respondit sathan. Quid tibi in me displicuit? Nunquam te lesi sed ditaui. per me gloriosus factus es nimis. Attamē tecum manere nisi consentias non potero quia hoc tibi promisi ⁊ iurauí dum puellam reliqueram quia te in nullo lederem sed semper promouerem. Tunc dixit miles. Ecce crucem iam suscipio ⁊ vt ilico nunq̃ reuersurus recedas a me in nomine crucifixi te adiuro. Et reliquit euz diabolus. Qui mox cruce signatus mare transijt. vbi duob⁹ annis christo domino militans reuersus hospitale magnum atq̃ ditissimuz peregrinis et pauperibus edificauit. Habebat enim annuatim plus q̃ trecentas libras argenti in redditibus. In quo hospitali vsq̃ hodie cum vxore sua in habitu religionis membris Christi seruit. et religiosorum omnium maxime ordinis nostri susceptor devotus. Quibus in ioco dicere solet. Vos domini abbates ⁊ vos monachi nō estis sancti. Nos milites torneamentis operam dantes sancti sumus quia demones nobis obediunt et absq̃ vlla lesione nos sequuntur illos q̃ ab hominibus eijcimus.

·lxxvi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scholasticus bunensis .lxxvi. nuper veniens de studio parisiensi. historiam retulit satis mirabilez recentiori tempore illam asserens gestam. Familiam inquit cuiusdaz viri nobilis atq; potentis de francia meretrix speciosa sequebatur. Cum qua cum multi indifferenter peccarent clericus quidaz religiosus eiusdem nobilis capellanus de subuersione familie dolens dominum his verbis allocutus est dicens. Omis pene familia vestra meretricis huius contubernio corrumpitur. quorum peccata omnia deus de manu vestra requiret. ⁊ sciat nobilitas vestra q̃ meo seruitio carebitis si non fuerit amota. Mox illa vocatur. verba ei sacerdotis intimãtur. ad que sic respondit. Domine ex inuidia loquitur hec. quia voluptati eius cõsentire nolui idcirco me persequitur. Illo respondente mentiris. vir em castus est. illa mox subiunxit. Ego celerius faciam vos experiri veritatem. Statim accedens ad clericum sub forma penitentis lachrymis profusa post fictam confessionem adiecit. Domine tam vehementer de psona vestra tentata suz. nisi mihi cõsentiendo ignem a vobis succensuz extinguatis viuere ego non potero. Ad quod verbum cum se vir iust⁹ cruce signasset. eam q̃ illa hora verbis quibus poterat submouisset sequenti vero die iterum venit. verba iam dicta repetiuit. hoc etiaz adijciens. Si non feceritis quod postulo. ecce meipsam interficio. Quo audito cum plurimum timeret nec tamen aliquo modo libidini consentire proponeret. Respondit. Ecce tali die. tali in loco si volueris tecum dormiaz. dummodo te non interfeceris. Sic illa leto animo recedens dominum suum mox adijt et quia capellanus suus sibi talia ac talia promisisz procacibus verbis indicauit. Interim clericus scholari suo precepit vt in designato loco lectum ex lignis planis componeret. ligna arida cum stramine subijceret. deinde lintheamen decenter subextenderet. Qd ⁊ factuz est. Die vero statuto venit clericus venit ⁊ mulier. sed clericus stipula pri⁹ succensa lectum ascendit. illam vt simul ascenderet vocauit. Que flammas ex omni parte cernens exsurgere retrocessit. crebrius q̃ vocata ad taz horrendos amplexus venire recusauit. Clericus vero dei adiut⁹ gratia non aliter sensit illum ignem q̃z ventum roris flantez. nec est adust⁹ capillus eius neq̃ vestimenta eius in aliquo sunt lesa. Quod vt misera illa vidit territa ⁊ ad horam de taz grandi miraculo compuncta tã domino suo q̃ ceteris publice cõfessa est q̃ sanctum virum sine causa ex solo rancorez inuidia ob vindictaz premisse accusationis infamasz. ipse vero vir venerabilis non ingratus domino deo nostro ad ordinem se transtulit predicatorum .lxxvij

Retulit mihi abbas theoderic⁹ monab⁹ quondam comes in wieda rem satis mirabilem. Noui inquit in confluentia carnificem quẽdam hominem in officio suo probum satis nomen illius exprimens. hic cum tempore quodam tertia feria ante cineres totam pene noctez in commessationibus expendisset. mane quasi ad abluendas carnes cum quodam suo collega taber

nam intrauit. Cunq; ad officiū mis se pulsaretur. ⁊ fideles ad ecclesiam confluerent necnon ex eadem taber na. iamq; soli hi duo illic remanen tes potarent ait alter carnifici. Cer te modo diu nimis expectauimus. eam⁹ ergo ad ecclesiam propter sa cros cineres. Cui ille mysterium ci nerū irridendo respōdit. Sede ego tibi dabo cineres ⁊ tu mihi. Tollēs q; cineres de latere iactauit sup ca put eius. et ecce mox pena irrisiōis subsecuta est. Nam statim circa ca put ⁊ faciem tantū sensit puluerem acsi follibus ei insufflaretur. Cunq; territus clamaret. tantum ore cine res hausit. vt pene suffocatus fuiss; Accurrerunt multi plagam tam mi rabilem videntes. Ductus est in p; ximā insulam in qua non puluis s; gramen erat sed nihil ei profuit. in pomerio in solario neq; in aliquo loco a turbine cineruz se defendere potuit. a quibus tandem suffocatus penam irrisionis soluit. .lxxviij.

Egrotabat in hemmerode ceno bio sacerdos Isenbarus nomine cu stos ecclesie plus q̄ tricesimū annū agens in ordine ⁊ ad extrema pdu ctus est. Media nocte cum super eū ministroruz vigilaret diligentia. au dierunt eum leni susurro verba so nare. timentes q; ne morti proxim⁹ aliena loqueretur. ori loquentis au re adhibita intellexerunt verba sub limia edificationis plena de gloria celestium ⁊ in enarrabili letitia san ctorum. Dignum ergo iudicantes testem his idoneum adhiberi nun ciauerunt hec abbati. quiz ipse gra ui laborabat infirmitate. Vocatus abbas affuit. Interim cecidit horo logium ⁊ occasione sumpta sic fari cepit. Ach q̄ suauem noctem exegi q̄ delectabili horologio temperan do operam dedi. q̄ dulces ⁊ q; sua ues concentus audiui. choris in ce lo psallentium interfui. Ach q̄ con corditer q̄ delectabiliter psallebant In nostro cantu solet esse dissonan tia tedium lassitudo. ibi lōge aliter est. In vnaz omnes conueniunt me lodiam super omne quod delectat dulciorem. Infatigabiles laudare non cessant. et quanto plus laudāt tanto plus crescit amor laudandi. ⁊ mirabili atz ineffabili modo hoc prouenit. in vsuz gratissime quietis q̄ nunquam vacant a laude creato ris. Ibi enim vidi homines nostri ordinis super omnes alios eminere claritate ⁊ dignitate et gratia pre cellere. Qui enim magis hic humili ati sunt mediocribus p christo con tenti gloriosius ibi exultant. abun dantiorem accipientes consolatio nem. faciem splendidissimam. statu ra celsi. veste etiam gloriosi. Cum his autez familiariter conuersatus sum ⁊ amico refectus colloquio. ap paruerunt etiaz mihi fratres nostri domin⁹ wernerus prior. ⁊ domin⁹. A. et dominus. A. et domin⁹ cuno ⁊ dominus dauid honore celsi can didissimis indutiores cucullis quo rum nitor oculis meis tam erat im penetrabilis q̄ radi⁹ fulguris cho ruscantis. Tanta gloria vestium de lectatus solicite querebam. si talem ego habitur⁹ essez. ⁊ dixerunt. Qui viuit irreprehensibiliter. talem ve stem sperare potest. Si vero viciuz latuerit in conuersatione. macula apparebit in illa veste. Culpa enim vite maculam generat in veste. Im maculatam ergo merebitur ille ha

bere vestem.qui se a maculis seruat immune Et dixi que sunt macule?. Et illi. Murmuratio.detractio.invidia.negligentia et quicqd sinceritatem cordis maculat et confundit Qui talia agūt in gloria vestis maculā ponūt. Tu vero pro multis laboribus et vite honestate similē sortieris vestem. His dictis faucibus arefactis viribus q̃ exhaustis defecit loquens Post modicū instillata refocillatus aqua resumpto q̃ spū ad loquēdum se parans spem fecit auditoribus et ait Utinaz differret me dñs vsq̃ duz cōpleto opere dei dominis nostris loqui possem.ab q̃ leti nūcij baiulus essem q̃ leta q̃ stupenda narrarē que vidi que audiui et sensi.que parata sūt diligētibus deū.et in laude eius,vigilātib?. Et abbas Frater quomō hec vidisti? Et ille. Quater hac nocte rapt? sum ante deū pectus meū apertum est.et anima mea educta ē et statim fui inter choros angelorum et vidi dominā nostrā in immensa claritate cū suis sacris virginib? q̃ se mihi ꝓmisit in necessitate affuturā.z sanctum michaelē cum multo exercitu angelorū ꝓparatū in auxiliū mihi. Nam altari z memorie sue honorē solebam semp impēdere z inenumerabilē multitudinem sanctorū et q̃s ātea nō viderā statim agnoui. Rursum spiritu et viribus deficiēs loq̃ cessauit Cōpulsus itaq̃ de sorbicta pauxilluz accepit.et gustans ait. O q̃ dulcis est dñs gustantib? O q̃nta ē suauitatis eius abūdantia? q̃z larga q̃ indeficiens et omniū delitiaꝝ copijs affluēs qua me in hac nocte reficere dignatus ē? O dulcedo illa dulcedo gratissima optabilis z prestantissima O q̃z singularis q̃z excellens et ineffabilis Intus erā.in corde vtrūq̃z teneo.verbis aūt explicare nō valeo Quā sentire potui.non possū effari.rei nimietate vict?. Taz felici refectione pastus hanc refectōnem supaddere superfluū duco Hec breue z modicū nutrimentū prestat illa in perpetuū reficit et saginat. O q̃ beati sūt qui illa sine fine fruituri sūt. Iubente abbate vocati sūt q̃dā nouicij viri quondaz in seculo clari virtute militari insignes quos ita ꝓ solatus est. Vere felices estis et terquater q̃z beati.qui de vana vestra cōuersatōne atq̃z mūdana vanitate p diuinaz misericordiā vocati estis partē in celis cū iustis habituri Cōstat enī de salute vra si tamen pseueraueritis Nā dñs dauid indefinenter pro vobis p̄ces ad dñm fundit. quatenus q̃ salubriter inchoastis feliciter cōpleatis Unū autē eorum nomine exp̄mens de eo dicebat nisi portas claustri ingressus fuissz mortis eterne portas nō euasisset Aderant et hospites cōuertendi gratia de sedib? suis euocati.sed nimio ad huc rerū tpalium amore detenti rē arduā aggredi dubitabāt Qui fiducialiter accedētes ad virū dei mentis q̃z fluctuationē cōfessi sūt.q̃ videlicet velle adiaceret eis.pficere autē bonū nō inuenirēt.supplicabant vt oratōnibus eius adiuti mererenē in bono stabiliri Et ille Quādiu mente adheretis seculo nō potestis pfēe placere deo nec firmari in bono.habētes volūtatē fixam in malo Quapter recedite omino ab his que inutiliter amatis et non deerit vobis gra saluatoris. Si vidissetis q̃ ego vidi omnē gloriā mūdi vilem repu-

taretis. Deinde multa querebāt ille de pre. ille de fratre. ille de suo statu futuro. ille de plenti. Sz vir dei ita singulis responsū tēperauit. vt secre rorū reuelator et cōscientiarū inspe ctor eē pbaretur. Mox vocāte dño sancta illa anima carne soluta est ad dolores corpis vltra non reditura. sed vt credim' immortalitatis luce vestienda. et perenni gaudior suauitate reficienda lxxix

Erat in eadē domo simul laic' conversus nomine obertus. vir mori bus ornatus et actione circūspectus a pmis adolescentie ānis deseruiens in ordine ad omne iubētis impium hylaris et pmptus Hic cuz annis circiter triginta fratrib' infirmis tā deuotū q̄z sedulū exhibuisz obseqū ipe quoq̄z diuersa corpis ineqlitate corruptus ē. et in magnis laborib' supuiuens ānis quasi viginti lōgū trahebat martyriū. verūtā licz cor poze inualidus animi prudentia nō deerat fratrū necessitatib' prudenē disponēs omnia. Tandē mortalita tis vrgente procella. et languore in ualescēte diez suū functus vita simul et doloribus ereptus est Nocte bti stephani que prima est natali dñi pulsata est tabula defunctorū p eo et surgentes festinanter aduenerunt fratres. oratōnibus munientes frīs exitum Jacebat autē vt moris ē po situs supra mattā extremū trahens spiritum Dicta letania cum adhuc aliquid spiramenti superesse videre tur. incepti sūt psalmi Inter dicē duz tanq̄z de leui somno reuixit cir cumferens oculos. z iubente abba te repositus est in lectū suū z reuersi sumus Quidā autem rei nouitate p culsi manserunt circa eum. expectan tes donec cōualesceret spiritus eius cupiētes audire ab eo quid hoc eēt miraculi. Postquā autē sibi reddit' est ita dicere exorsus est. hic ego qd facio? certe hic esse nolo Erā inē an gelos. celestis armōie suauitate de mulcebar. deputat' erā beato ptho martyri glorie ipius cōsorz z colle ga futurus Hic ego quid facio cer te redire volo. Post modicū iterum tabula pulsata est et feliciter obdor mieus in domino vt credimus non est fraudatus a desiderio suo partē habiturus in sorte sanctorū

lxxx

